



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

ijj. De Confirmatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

dæus baptizarit, dum modò de A
bita materia, fôrma. & intetio-
ne vtatur, sacramentum reperẽ
dum erit, cum nõ dignitate mi-
nistri, sed virtute verbi diuini,
& spiritus sancti constet^a.

^a c. in necessi-
tate. cū seq.
ea. dist. 4.

Sed quamvis hoc sacramen-
tum iterandum non sit, si de ali-
quo tamen ambigatur, an sit ba-
ptizatus, necne, poterit ei bap-
tizatus huiusmodi verbis confer-
ri: Si baptizatus es, te non rebap-
tizo: sed si nõdum baptizatus
es, ego te baptizo, addito trini-
tatis nomine^b.

^b c. 2. ext. co.

Nemo tamen seipsum bap-
tizat: at quicumque presbyter cõ-
mendatum sibi ægrum baptiza-
re neglexerit, adeò vt ille sine
baptismo è vita decesserit, ab of-
ficio deponendus est^c.

^c d. c. in ne-
cessitate. cū
seq.

DE CONFIRMA- tione,

TITVLVS III.

Post baptismum cõfirmatio
quoque est Christiano adhi-
benda, qua vndequaque mu-
nitus sit, tanquam duplici tho-
race, aduersus maligni hostis in-
sidias: ita enim fit, vt per bap-
tismum genitus, postea per hoc
sacramentum enutriatur & cre-
scat, & per virtutẽ spiritus san-
cti confirmetur.

Quod olim impositione ma-
num duntaxat celebrabatur,
hodie ex Apostolorum traditi-
one chrisma quoque adhibetur

cum impressione signi sanctæ
crucis, vt externo signo intima
vnctio, quam spiritus sanctus ef-
ficat, significetur: hinc septiformis spiritus sanctus hoc sacra-
mento accipitur, spiritus sapien-
tiæ & intellectus, spiritus confi-
lij & fortitudinis, spiritus scien-
tiæ & pietatis ac timoris.

Minister autem huius sacra-
menti est Episcopus: quamvis
cæteras vnctiones etiam sim-
plex presbyter valeat exhibe-
re^d.

Nec nisi ieiunis, & à ieiunis
ex honestate cõfertur, exceptis
infirmis, & in tenui discrimine
leti positis^e.

Nec iterandum est^f.

DE POENITENTIA,

TITVLVS IIII.

Cum homines p baptismũ
renati sunt, sæpe in graui-
a crimina labuntur, quibus
ne opprimantur, instituit Chri-
stus sacramentum Pœnitentiæ,
quod post Baptismum fit nobis
tanquam secũda tabula in nau-
fragio g, cuius ope à lapsu nos
erigere possimus h, si nostra vul-
nera criminibus contracta me-
dico, id est, sacerdoti nudaueri-
mus, debita cordis cõpunctio-
ne: in corde enim si adlit contri-
tio, in ore confessio, in opere sa-
tisfactio, sacramenti huius vis
operatur, quæ in absolutione sa-
cerdotis consistit. Illi enim sol

^d c. uni. s. frõ
tis. de sacra-
mẽti. & c.
quanto. de
consuetudi.
^e c. ut Episco-
pi. de con-
secr. dist. 5.
^f c. distũ est.
ea. distin.

^g c. secunda.
de pœnitẽ.
dist. 1.
^h c. 1. in fi. de
sum. trin.